





10372

g  
1793  
8

DISSERTATIO INAUGURALIS  
DE  
MARITO EX LEGIBVS SAXONICIS,  
VXORI MORTVAE,  
SI EIVS COGNATI ADSINT,  
IN IMMOBILIA AB INTESTATO NON  
SVCCEDENTE.

---

QVAM  
PRAESIDE  
GOTTLIEB WERNSDORFFIO  
PHILOSOPHIAE ET IVRIVM DOCTORE, INSTITVT. PROF. PVBL.  
ORD. CVRIAE PROVINCIALIS, SCABINATVS ET FACVLTATIS  
IVRIDICAE ASSESSORE

PRO  
OBTINENDIS SVMMIS IN VTROQVE  
IVRE HONORIBVS


DIE XVI. APRILIS MDCCXCII.

H. L. Q. C.  
DEFENDET

AVCTOR  
GOTTLOB OTTO FRENZIVS  
DRESDENSIS,  
IVRIS VTRIVSQVE CAND. ET NOT. PVBL. CAESAR.

---

VITEBERGAE,  
LITTERIS ADAMI CHRISTIANI CHARISII.



V E R O  
P E R I L L V S T R I A C G E N E R O S I S S I M O  
D O M I N O  
A V G V S T O G O T T L I E B

S A C R I R O M A N I I M P E R I I F O V I T I  
D E G A E R T N E R

S V M M I R E G I M I N I S E L E C T O R A L I S S A X O N I C I V I C E . C A N .  
C E L L A R I O , E T C O L L E G I I , Q V O D R E S A D P O L I T I A M  
S P E C T A N T E S C V R A T , P R A E S I D I & c .

D O M I N O I N D V L G E N T I S S I M O

HVNC  
LIBELLVM ACADEMICVM

QVEM  
PIAE AC DEVOTAE MENTIS TESSERAM

ESSE CVPIIT

D. D. D.

EIVSQVE PATROCINIO

SE SVAQVE OMNIA

SVBMISSA COMMENDAT

GOTTLOB OTTO FRENZIVS.



DE  
MARITO EX LEGIBVS SAXONICIS, VXO-  
RI MORTVAE, SI EIVS COGNATI ADSINT, IN  
IMMOBILIA AB INTESTATO NON  
SVCCEDENTE.

---

§. I.  
**I**ntroductionem iuris Romani ac Canonici in Germaniam,  
varias lites peperisse, inter omnes constat. Saepius  
enim haec ipsa iura peregrina, a moribus Germanorum adeo  
distabant, vt vna cum iuribus patriis stare non possent, et va-  
riae ex conflictu harum legum lites orirentur. Tunc enim  
Iureconsulti in diuersas partes abibant. Alii ius ciuile, vt  
κατ' ἐξοχην Romanum dicere solebant, vbique sequebantur, alii  
autem iura patria peregrinis praeferentes, eorum placitis stri-  
ctius inhaerebant, denique ex legibus Romanis, iureque Ca-  
nonico



nonico eas tantum controuersias dirimebant, quibus decidendis iura patria non sufficerent. At paullatim creuit iuris Romani auctoritas, cum Saeculo XIV. in Academiis Germaniae iura peregrina docerentur, iuuenesque his principiis imbuti, palatia Principum, curias, iudiciaque occuparent, omnesque fere causas ex his ipsis legibus, quas solas fere didicerant, deciderent, indeque tandem, in plerisque fere Germaniae foris, hoc ipsum ius, mores patrios vel immutauit prorsus, vel saltem obscurauit, et in omni fere Pragmaticorum ore esse coepit illud axioma: *Iura statutaria*, quo nomine non solum iura municipalia, sed leges etiam et consuetudines Prouinciarum, immo Principum etiam Constitutiones insignire solebant, *strictissime et ita interpretanda esse, ut a iure communi, id est Romano, quam minime recedant.* \*) Hinc factum est, ut ius Romanum et in Saxoniam nostram, quae teste CONRINGIO <sup>b)</sup> Vlrici Hutteni adhuc temporibus, moribus antiquis uiuebat, et Bartolum, Baldum et Iustiniani Pandectas ignorabat, tandem introduceretur, et in decidendis controuersis adhiberetur, denique communis fere oriretur opinio, ius hoc receptum vbique sequendum esse, nisi leges patriae disertis verbis aliud iuberent, iura uero prouincialia ad alios casus, in iisdem non decisos, neuiquam extendenda esse. At cum haec ipsa interpretandi regula non omnibus placeret, essentque plures, qui in statutis etiam, et legibus prouincialibus, extensiuam interpretationem admitterent, mirum in modum saepius a se inuicem dissentire coeperunt Iuris Saxonici interpretes. Alii enim, simulac causa, super qua iudi-

a) V. MICH. HENR. GRIENERI Diss. de iure incerto, ex dubia legum, quibus utimur, auctoritate oriundo §. 9.

b) V. HERM. CONRINGII Tr. de Origine iuris Germanici C. 32.



iudicium ferendum esset, ex iure patrio, eiusque clara dispositione, decidi non posset, ad ius Romanum confugiebant, alii autem analogiae iuris patrii aliquid tribuebant, et **PERDVM** \*) secuti, quae legi deerant, interpretatione supplebant, cum viderent non omnes articulos figillatim legibus completi posse, denique si haec iuris patrii analogia deficeret, deum iuri peregrino, tanquam subsidiario, locum esse docerent. Ex his ipsis autem Iureconsultorum dissensionibus innumeratae lites ortae sunt, ad quas etiam pertinet iuris controuersi quaestio, an maritus ex legibus Saxonice, defuncta vxore, si illa nulla bona reliquerit mobilia, partem bonorum immobilium iure haereditario acquirat. Haec enim ipsa quaestio fora saepius vexauit, pluresque adhuc rixas concitasset, nisi in pluribus locis succedendi ordo inter coniuges, singulari lege vel statuto definitus esset. Cum igitur nobis haec scribendi occasio data sit, temporis autem, quo circumscripti sumus, angustia, nos impediatur, quo minus aliam difficiliorem materiam aggrediamur, pauca de hac ipsa lite dicamus, quae olim Iureconsultos Saxoniae vehementer exercuit, iam his ipsis nostris temporibus, communi quasi Disasteriorum Saxonorum consensu consopita, approbante Serenissimo Saxoniae Electore **FRIDERICO AVGVSTO**, quiescit.

§. II.

Maritus autem, de cuius iure in eas res, quae vxoris, dum moreretur, fuerunt, agimus, ex legibus Saxonice is est, qui cum foemina indissolubilem vitae societatem non solum inuit, eamque sibi, accedente sacerdotali benedictione desponsauit, sed eandem etiam in thorum suum recepit.

A 2

Hanc

\*) in L. 13. D. de legibus.



Hanc enim thalami consensionem, quae tamen cum ipso concubitu vel carnali copula, ut Practicorum termino utar, non confundenda, \*) leges Saxoniae, ad matrimonii consummationem, sine qua desponsatis successione ab intestato negant, requirunt. \*\*) Indeque facile patet, uxorem, de cuius hereditate quaerimus, eam dici, quae secundum hanc ipsam solemnitatem viro iuncta est. His coniugibus, mortua una alteraue parte, interdum haereditas legitima, vel tota, vel pro parte defertur, indeque sibi quodammodo succedunt, id est, ius habent, bona defuncti defunctaeque coniugis, vel omnia, vel partem eorum, consequendi vel retinendi.

### §. III.

Vt iura Quiritium, in omni successione materia, a iure Germanico secedebant, ita etiam quoad successione coniugum, a moribus legibusque antiquis Saxonum mirum in modum dissentiebant. Nam cum in genere duplicis tantum conditionis haeredes apud Romanos essent, et vel ex testamento, vel ab intestato ius succedendi nanciscerentur, \*) triplex apud Germanos succedendi modus locum habebat. Apud hos

\*) V. DAN. MÖLLERVM ad Constit. Elect. P. III. Const. XIX. no. 2. Io. FLORENT. RIVINI Diss. de consensione thori, ad obtinendam successione coniugum iure Sax. Elect. necessaria; item Viri III. MARTIN. GOTTLIEB PAULI Progr. de Consensione thalami, et quam late ea pateat.

\*\*) V. IVS PROVINC. SAX. Lib. I. Art. XLV. „Al en si ein mann sine wibe nicht ebenbürtig. her ist doch ir vormunde. und sie ist sin genozinne, und irit in sin recht, siwenne sie in sin bette get. et Lib. III. Art. XLV. „Daz wib ist ouch des mannes genozinne zu hant, als sie in sin bette irit. cf. CONSTIT. ELECT. XIX. P. II. „Unsere Verordnere halten es dafür, dass derer Orten, da Sachsen Recht gehalten wird, das Beylager vber das Bette beschriuen, folgen musz.“

\*) §. ult. I. Per quas personas cuique acquiritur.



hos enim alicui haereditas vel per pactum, vel per testamentum, vel denique per legem ipsam, nullo interueniente hominis facto, deferebatur, et erat triplicis generis, vel pactitia, vel testamentaria, vel legitima. Nam quamuis in sensu generaliori ea etiam haereditas legitima dicatur, quae legibus confirmatur, adeoque et pactitia et testamentaria, legitima dici possit, hoc ipso tamen nomine plerumque et *uox* *εξουνη* ea tantum insignitur, quam lex ipsa, licet defunctus hoc non iusserit, alicui defert. <sup>h)</sup> At non in hac solum re, leges Saxonicae, a Romanis differebant, ut haereditatem pactis dari et in alios transferri posse statuerent, immo pactitiam haereditatem testamentariae et legitimae praesferrent, sed legitimam etiam coniugum successionem, diuerso plane a Romanis modo, definiebant. Apud Romanos enim pari iure plerumque coniuges, siue vir, siue vxor, mortuus mortuae esset, utebantur. Apud Saxones autem maritus alio modo vxori, quam vidua marito succedebat. Mortua enim vxore, mores Saxonum, bona, quae vxoris erant, mobilia, ab immobilibus distinguebant, et quae mobilium nomine interdum etiam continentur, res vtensiles, siue geradicas, iterum a reliquis bonis mobilibus secernebant, mobilia marito, mobilia proximis vxoris cognatis, sine vlllo sexus discrimine, res vtensiles autem, proximae cognatae, per personas foeminini sexus defunctae iunctae, addicebant. <sup>h)</sup> Sin marito mortuo, de eius haereditate quaereretur, diuersa iura viduae, quae viro nobili, et quae ignobili iuncta erat, tribuebant.

A 3

§. IV.

<sup>h)</sup> L. I. pr. D. de Suis et legitim: haered: cf. Io. CALVINVS in Lexico iuris v. Legitima haereditas.  
<sup>h)</sup> v. IVS PROVINC. SAX. Lib. I. Art. XXXI. et Lib. III. Art. LXXVI. Ivs WEICHBILD: Antic. LVIII.





## §. IV.

Has, quae ex moribus Saxonis locum sibi vindicant, rerum ac personarum distinctiones, ius Romanum, in quo nec Geradae, nec nobilitatis auitae vestigium vllum extat, semper ignorauit, licet apud Quirites etiam, pro temporum conditione, varia esset coniugum sibi inuicem succedendi ratio. Nam cum apud vetustissimos Romanos mulieres plerumque in manum mariti conuenirent, in familiam mariti, et in sui haereditatis locum venire, <sup>a)</sup> denique filiarum familias locum obtinere videbantur, hanc autem ipsam ob causam, mortuo marito, in eius bona, vt filia in patris, succedebant. Mulier igitur, quae in manum mariti conuenerat, eo mortuo, si liberos non reliquisset, nec testamentum condidisset, totam haereditatem consequebatur, sin liberi adessent, cum iis ex aequo haereditatem partiebatur. <sup>b)</sup> Mariti autem omnia ea fiebant, dotis nomine, quae vxoris erant, <sup>c)</sup> indeque verosimile est, mortua uxore, quae in manum conuenerat, nihil ex eius bonis ad agnatos rediisse. <sup>d)</sup> *Iniquum enim est, ait TVLLIVS, <sup>e)</sup> adimere Praetorem nobis mortuis bona fortunisque iis, quibuscum vini bona nostra partimur.* At, cum labescente deinde veterum Romanorum disciplina, et morum sanctitate, rarius mulieres in mariti manum conuenirent, coniugibus, qui nec ad agnatos nec gentiles, quos post suos haereditatem ad haereditatem vocauerant leges XII. Tabularum, referabantur, ius sibi inuicem succedendi negatum est, donec tandem Praetor, aequitate motus, iisdem

a) AVL. GELLIVS in Noct. Attic. Lib. XVIII. c. VI.

b) DIONYSII HALICARNASS. Antiqu. Rom. L. II. c. 25. p. 289. ex edit. REISSII.

c) CICERO in Topic. c. IV.

d) GERH. NOODT Probabil. L. II. c. IX.

e) CICERO in Verr. I.

iisdem, post cognatos, septimo demum gradu, bonorum possessionem ex Edicto Vnde vir et vxor largiretur. <sup>f)</sup> Melius postea ius acceperunt coniuges, per Constitutionem quandam imperialem, quae forsā Valentiniano III. debetur, <sup>g)</sup> hodie tamen non extat; vt scilicet sibi inuicem, propinquis licet extantibus, vna cum iisdem succederent. Sed idem ius iterum ademit THEODOSIVS iunior, qui sanciuuit, ne coniuges sibi inuicem ab intestato succederent, nisi, si ille casus emerferit, vt nemo de propinquis successionem mortui vindicar possit ex lege. Is enim iura tantum matrimonii, Fisco Imperiali praeposuit. <sup>h)</sup> Beneficio igitur Praetoris, vt post cognatos demum ad bonorum possessionem admitterentur, coniuges, ex hoc ipso tempore apud Romanos vsi sunt, donec tandem IUSTINIANVS, vbique fere iuris noui inuentor, in singulari casu, si scilicet matrimonium esset indotatum, et coniux praedefunctus locuples, superstes vero inopia laboraret, coniugibus ius succedendi vna cum liberis tribueret, ita, vt superstes, siue plures siue pauciores adessent liberi, quartam partem totius substantiae pleno iure acciperet, idemque ius et in viris et in vxoribus obseruaretur. <sup>i)</sup> Sed mox prodit lex eiusdem IUSTINIANI <sup>k)</sup>, in qua sanciuuit, „vt vxor in-  
„dotata, quae cum marito vsque ad mortem vixit, siquidem  
„vsque ad tres habuerit filios eius vir, siue ex ea, siue ex  
„alio matrimonio, quartam partem ex substantia accipe-  
„ret.

f) §. 3. I. de Bonor. Possessionibus.

g) Iac. GOTHOFREDVS in Comment. ad L. vlt. C. Theod. de Legitimis haeredibus.

h) L. vlt. C. Theodof. de Suis et legitim. haered. et L. 1. C. Iustin. Vnde vir et vxor.

i) Nouell. LIII. Cap. VI.

k) Nouell. CXVII. Cap. V.



ret. Si autem plures fuerint filii, tantum acciperet, quantum vni competit filiorum, itaque vt vsum solum in talibus rebus mulier habeat, dominium autem illis filiis seruetur, quos ex ipsis nuptiis habuerit. Si vero talis mulier filios ex eo non habuerit, domini etiam iure eas res haberet, quae ex viri facultatibus ad eam venirent. Iura igitur coniugum apud Romanos, quoad successionis ordinem, reciproca fuerunt. Nam quamuis sint nonnulli, qui hanc ipsam Iustiniani Constitutionem, mulieribus tantum inopibus et indotatis, quartam partem, siue virilem portionem, ex haereditate mariti locupletis tribuere dicant,<sup>d)</sup> negarique non possit, verba IUSTINIANI in *Nouella CXVII.* tantum de indotata muliere agere, mihi tamen dubium non videtur, hanc ipsam legis dispositionem ad maritum etiam inopem applicandam esse, qui ex IUSTINIANI lege antiquiori,<sup>m)</sup> cui difertis verbis obrogatum non est, mulieri locupleti in quarta parte succedit, cum nouum non sit, vt leges priores ad posteriores trahantur.<sup>n)</sup> Certe haec interpretandi ratio plerisque placuit, et ipsis etiam Authenticarum auctoribus<sup>o)</sup> eamque communi fere consensu receptam esse, REVSNERVS<sup>p)</sup> docet.

### §. V.

Ab his iuris Romani placitis mirum in modum differt ius Saxonicum. Ex eo enim, diuersa iura, si de successi-

d) CONR. RITTERSHUISVS ad Nouell. P. VII. Cap. XVII.

m) Nouell. LIII. Cap. VI.

n) L. 26. D. de Legibus.

o) v. Auth. Praeterea C. Vnde vir et uxor.

p) BARTHOL. REVSNERVS in Diff. de mutua coniugum successione.

cessione agatur, maritus superstes, diuersa vidua habet. Nam mortua vxore, siue ea liberos relinquat, siue minus, maritus omnia ea retinet, quae rerum mobilium nomine continentur, exceptis rebus vtenfilibus, \*) quippe quae proximae cognatae, quae defunctae per personas foeminini sexus iuncta est, et, si haec non adsit, Fisco cedunt, ea tamen lege, vt ex his ipsis rebus vtenfilibus, viro lectus genialis, velis linteis et indumento, ita, vt eo tempore, quo vxor moriebatur, erat, instruatur, eique scamnum cum puluinari, et sella cum culcitra, <sup>b)</sup> nec non mensa cum mappa, <sup>c)</sup> vna cum manutergio <sup>d)</sup> relinquatur. Quae enim deinde addita est Exceptio, ex his ipsis rebus mobilibus vxoris, liberorum ac parentum legitimam, si bona immobilia non adsint, aut non sufficiant, sup-

- \*) Ivs PROVINC. SAX. Lib. I. Art. XXXI. „*Stirbt abir das wib bi ires mannes libe. si en erber cheine varnde habe. wenn gerade und eigan, ob sie das hat an den nechsten, et Lib. III. Art. LXXVI. „und stirbt denne das wib. der mann behelt alle des wibes recht in der varnden habe. sunder das gebuue und sunder die gerade. Ivs WEICHBILD. Art. LVIII. „*Schreibe eine Frau one Erben, da sie keine Erben gewonnen hat mit irem Mann, sie erbet ihren Theil auf ihren nechsten Magen, es sey Weib oder Mann, die ihr ebenbürrig sind, hat sie der nicht, sie erbet es auf ihren Mann.**
- b) Ivs VETVS SCABIN. MAGDEBURG. Art. XII. in III. SCHOTTII Sammlung zu den deutschen Land- und Stadt-Rechten P. I. „*Siwenne deme manne das wib stirbt. so ir nechste nistel di ire rade nimmt. die sul deme manne berichten sin bette. also iz stund, do sin wib lebete. und sinen stuel mit einem kufsene und sine bang mit eime phole.*
- c) Ivs PROVINC. SAX. Lib. III. Art. LXXXIII. „*Schreibe des mannes wib. swilche nistele ir gerade nimet, die sul von der gerade deme manne berichten sin bette. alz es stand. da sin wib lebete. sinen risch mit einem rischlathene. sine bank mit einem phule. sinen stuel mit einem kufsene.*
- d) Ivs WEICHBILD. Art. XXIII. *Schreibe einem Manne sein Weib, ihre nechste Nistel nimmt die Gerade, sie soll aber dem Manne sein Bette berichten, als es stund, da sein Weib noch lebet, und seine Banck mit einem Pfülen, und seinen Tisch mit einem Tischlack, und einem Handruch, und seinen Stul mit einem Kufsene.*



supplendam esse, sine omni dubio receptioni iuris Romani, quod hanc ipsam legitimam naturale debitum esse censet, originem suam debet. Priscae enim leges Saxonum, neque liberis, neque parentibus, certam partem haereditatis adsignaverunt, et veteres Germani, cum testamenta non conderent, legitimam prorsus ignorauerunt, indeque a vero non abhorret, ex eo tempore, quo leges Romanae in Saxoniam introduci coeperunt, ius mariti, circa res vxoris mobiles, hac ipsa Exceptione quodammodo limitatum esse. Marito autem defuncto, vidua nihil ex bonis eius accipiebat, nisi quid ei maritus viuus donasset, \*) sed res vtensiles tantum, quae in eius vsum comparatae videbantur, retinebat, †) praeterea Morgengabam, ‡) si quae promissa esset, nec non eorum, quae post

- \*) Ius vetus SCABIN. MAGDEB. Art. XXXV. Die gabe die dem manne, oder der vrowen gegeben wird vor gericht in gehegetime dinge. dar mag die vrowe mit irre teile, den sie emphanget hat zun. swas sie wil. ane zemandes wider sprache. Daz selbe mac der man mit sine teile zun. den her emphanget hat. Stirbet die vrowe ane erben. daz sie niech eine erben die iren manne vinder. sie erbet iren teil uff se iren nehsten mac. her sie wib oder man, die ire ebenburric ist. Daz selbe tut der man sinen teil zu gleicher wis.
- †) Ius vetus SCABIN. MAGDEB. Art. XL. „Swenne der mann stirbet, so nimet daz wib, daz zu der gerade hoeret.
- ‡) Ius vetus SCABIN. MAGDEB. Art. XXI. Ob ein mann ein wib nimet und stirbet der mann. daz wib en hat an sine gute nicht. her en habe ez ir gegeben zur morgengabe. oder im gehegeten dinge zu irre libe. Niech ein wib mac morgengabe. noch libezug zu eigene behalten. Stirbet aber sie. iz ger wider an des mannes erben. — Hat der mann schaf, die niemet daz wib zu der gerade Ius PROWING. SAX. L. I. Art. XXIV. Nakh dem herwete sul daz wib nemen ire morgengabe. — So nimet sie alles daz zur gerade hoeret. daz sind alle schaf und gänse &c. Lib. III Art. LXXXVI. Scirbet einem wibe ir mann, und blicher si in des mannes gute ungezwoger mit den kindern. lange wile oder kurzee. Swenne sie sich zuein dar nach. so nimt die vrowe ire morgengabe. und ire gerade und ihre muszeile an alle dem gur daz dardenne ist, als sie nemen solte zu der czit do ir mann starb. Ius WEICHBILD. Art. XXII. Nun hoeret und ver-  
nimet,



post tricesimum ex morte defuncti diem supererant, esculentorum et potulentorum dimidiam partem, <sup>b)</sup> denique dotalium, si quod constitutum esset, consequebatur, quamvis id, quod de dimidia comestibilium parte, quae viduae cedit, dictum est, non ad omnes omnino viduas, sed eas tantum, quae viro nobili et equestri iunctae sunt, pertinere videatur. Nam SPECULUM SAXONICUM in iis locis, in quibus comestibilium, siue esculentorum et potulentorum mentionem facit, <sup>c)</sup> praecipue de viduabus nobilibus agit, et disertis verbis, viros dignitate equestri conspicuos, ab aliis hominibus ignobilibus distinguit, denique nec IVS VETVS SCABINORVM MAGDEBURGENSIVM, <sup>d)</sup> nec IVS WEICHBILDICVM <sup>e)</sup> inter ea, quae viduae post mariti mortem cedunt, comestibilia refert, immo hoc disertis verbis viduae nihil ex esculentis et potulentis addicit, nisi tantum, quantum comedere et bibere possit, donec pecunia eius exsoluatur. <sup>m)</sup> Morgengaba vero, si

B 2

pro-

nemet, was eine Frau von ihres Mannes Guth behalten mög, nach seinem Tod zu Weichbild-Recht. Das ist nichts, denn ihre Gerad, und was er ihr gegeben hat vor Gericht an seinem eigen zu ihrem Leib. et Artic. LVII. Nimmte ein Mann ein Weib binnen Weichbild, und stirbt der Mann darnach, das Weib hat an seinem Guthe nichts, der Mann hat ihr denn vor Gericht, und in geheggen Ding gegeben zu ihrem Leib oder zur Morgengab, oder zu eigen, denn es fällt alles wieder zu ihres Mannes Erben. Hat ihr aber der Mann keine Gab gegeben, sie besitzet in dem Erbe für ihr eingebracht Guth, und die Kinder sollen ihr Nothdurft geben, dieweil sie ohne Mann bleiben will. Hat aber der Mann Schaafe, die niemet sie zu der Gerade.

- h) IVS PROVINC. SAX. Lib. I. Art. XXII. Darnach (sc. post tricesimum) muoz die wrowe geen den erben musteilen alle houbere speise die nach dem christigsten uberbleib in iclichem hove ires mannes, oder wov er sie hätte binnen sinen geweren. cf. Lib. I. Art. XX.
- i) IVS PROV. SAX. Lib. I. Art. XX et XXII. item GLOSSA ad Lib. I. Art. XX.
- k) IVS VETVS SCAB. MAGD. Art. XXI.
- l) IVS WEICHBILD. Art. XXII. <sup>m)</sup> IVS WEICHBILD. Art. XXIV.



promissa esset, non solum viduae nobili, sed etiam ignobili, vt ex IVRE VETERI SCABINORVM MAGLEBURGENSIUM <sup>u)</sup> fatis patet, debebatur. Sub hoc autem nomine, leges veteres donum illud matutinum intelligebant, quod nouellae vxori a marito, primo post noctem nuptialem die dabatur, et cuius quantitas, ne immeasa noui mariti liberalitas eius agnatis noceret, moribus quodammodo definita erat. <sup>o)</sup> Sed sequioribus temporibus, cum eae res, quae Morgengabae nomine nouellae vxori dari consueuerant, viduae datae esse viderentur, multique iurium interpretes, obseruante Ill. SCHOTTIO, <sup>p)</sup> verba REPKOVII, <sup>q)</sup> qui res quasdam, quae Morgengabae loco dari solent, recenset, easque a viuo marito vxori donatas esse fingit, denique easdem, hanc ipsam ob causam, viduae post mortem mariti cedere docet, sic intelligerent, quasi omnes hae res, quarum mentionem fecit REPKOVIVS, licet vxori donatae non essent, ipso iure ad viduam pertinerent, denique IVS WEICHBILDICVM <sup>r)</sup> Morgengabam apud homines ciuici ordinis, et in municipiis degentes, locum non habere doceret: Morgengabae nomine, quae viduae, viro nobili iunctae, debe-

<sup>u)</sup> IVS VETVS SCABIN. MAGDEB. Art. XXI.

<sup>o)</sup> IVS PROVINC. SAXON. Lib. I. Art. XX.

<sup>p)</sup> AVG. FR. SCHOTTIVS in Inst. Iur. Sax. Elect. Lib. II. Sect. IV. Membr. I. c. II. §. 15. n. 3.

<sup>q)</sup> in IVRE PROVINC. SAX. Lib. I. Art. XXIV.

<sup>r)</sup> IVS WEICHBILD. Artic. XXII. *Man sagt, dass man Frauen binnen Weichbild nicht pflege zu geben Morgengab (sint dass zu Morgengab g'höret gedunet Zimmer und feldgäng Vieh) das zu Weichbild denn nicht ist, da mann mit Streinen pflegt zu bauen. Denn was den Frauen gegeben wird binnen Weichbild (vor Gericht) zur Leibzucht, das muss alles eigen sein, oder fahrend, an des Mannes bereitstem Geld. Hierum zweyer sich das Landrecht und Weichbildrecht. Denn sie sind all in einem Rechten begriffen, die binnen Weichbild gefessen sind, und darinn nimmt das Weib nichts mehr, als die Gerade.*

debetur, insigniri coeperunt res quaedam, quae olim vt donum matutinum nouellis vxoribus dari solebant, deinde autem, licet datae non essent, donatae videbantur, et hanc ipsam ob causam viduae nobili, ex bonis mariti, eodem mortuo, addicebantur. Olim huc relatos esse seruum et ancillam minores, hodie autem, abrogata personarum seruitute, omnes pecudes foemini sexus, quae gregatim pascuntur, oues et anseres, nec non anates, denique fepes et aedificia carpentata referri, docet Illust. SCHOTTIVS. \*) Nam licet IVS VETVS SCABINORVM MAGDEBURGENSIVM \*\*) oues, IVS PROVINCIALE SAXONICVM \*\*) oues et anseres, denique IVS WEICHBILDICVM \*\*) praeter oues et anseres, etiam anates, ad Geradam, quam post obitum mariti vidua lucratur, referat, indeque haec animalia omnibus omnino viduabus deberi videantur: vsus tamen fori oues, anseres et anates ex rebus utensilibus, quae omnibus viduabus post mariti mortem cedunt, exemit, et haec ipsa animalia viduae tantum nobili addicenda esse decreuit. \*) Quod ipsum satis docet, iura viduae nobilis paulatim aucta, ignobilium autem Geradam vsu fori immutatam esse, et ex moribus Saxonum recentiorum diuersam esse viduae nobilis et ignobilis succedendi rationem.

B 3

§. VI.

- \*) vide IVS PROVINC. SAX. Lib. I. Art. XXIV.  
 \*) SCHOTTIVS in Inst. Iur. Sax. Elect. L. II. Sect. IV. Memb. I. c. II. §. 16.  
 \*\*) IVS VETVS SCAB. MAGDEB. Artic. XXI et LVIII. *Swenne onch der man sſirber so sal man der wrouen zu rechte die schaf zu der gerade inbringen. swa so sic gen.*  
 \*) IVS PROV. SAX. Lib. I. Art. XXIV.  
 \*) IVS WEICHBILD. Art. XXIII.  
 \*) GOIH. BARTHIVS im ausführlichen Bericht von der Gerade, v. Enten, Gaense, Schaafe.

Sed haec, quae de successione coniugum, tam ex iuris Romani, quam ex iuris Saxonici placitis, strictim notauimus, satis probant, haec iura a se inuicem ita distare, vt simul stare non possint, et saluis iuribus patriis, leges Romanorum ad successorem coniugum in iis locis, quae iure Saxonico vtuntur, vix applicari posse. Quare dubium non est, eas controuersias, quae circa successorem coniugum oriuntur, apud nos non ex iure Romano, sed ex iuris Saxonici analogia, decidendas esse. Recte enim monet SCHILTERVS, \*) auctoritatem iuris Romani in Germania, quam consuetudine, obseruantia, et tacito populi consensu obtinuit, ita temperandam esse, vt ab hac peregrini iuris receptione ea sequeantur, quae principiis iuris patrii, moribus populi, et statui publico, aut expressis sanctionibus aduersentur. Negari quidem non potest, saepius hoc ipsum ius peregrinum praesens ex Germania mores expulisse. At non vbiuis hoc factum est, indeque is, qui id accidisse dicit, hoc ipsum suum assertum probare debet. Nam omnes fere cordatiores Iureconsulti fatentur, ius Romanum tantum in subsidium, et saluis vbiq; iuribus patriis receptum esse, <sup>b)</sup> deinde, monente IVLIANO, <sup>c)</sup> inueteratae consuetudines pro legibus non immerito sunt custodiendae, denique leges nostrae Saxonicae disertis verbis, moribus Saxoniae, prae iure communi, id est Romano et Canonico, praerogatiuum tribuunt. <sup>d)</sup>

## §. VII.

- a) IO. SCHILTERVS in Exerc. ad Pand. in Addit. ad §. XII. Exerc. II.  
 b) v. CASP. HENR. HORNII Diss. de Prerogatiua morum Germaniae in Con-  
 cursu cum legibus receptis. IO. GODOFR. BAVERI Progr. de iure Ger-  
 manico, tam veteri quam nouo, ante ius Romanum et Canonicum at-  
 tendendo, in Opuscul. T. I. p. 191.  
 c) in L. 32. §. 2. D. de Legibus.  
 d) vide ORDINAT. CVMIAE SVPR. PROVIN. LIPS. de Ao, MDXLVIII. in Cod.  
 Aug.

## §. VII.

Cum igitur ex antiquissimis temporibus apud Saxones, inprimis Ostfalos et Angrarios, coniuges sibi inuicem non succederent, nec mortuo marito vidua aliquid ex eius bonis acciperet, sed dote sua contenta esse deberet, nisi quod apud Westphalos dimidiam partem eorum, quae durante matrimonio acquisita essent, lucraretur; \*) Ius autem PROVINCIALE SAXONICVM marito tantum bona, quae vxoris fuerunt, dum viueret, mobilia, rebus vtenfilibus exceptis, addicat, \*\*) nec haec consuetudo apud nos vel lege aliqua, vel contraria et perpetua obseruantia abrogata fit: facile colligi potest, secundum ius Saxonicum commune, i. e. si neque statuto, neque noua aliqua constitutione, aliud quid definitum sit, maritum ex bonis vxoris immobilibus nihil quicquam iure haereditario accipere, etsi res mobiles vel nullae omnino, vel per-

Aug. T. I. p. 1248. Sächsishe Recht, wie die ausgedruckt, und in landläufiger Uebung vor Alters herkommen, sollen gehalten werden. ORDINAT. CVRIAE PROVINC. WITTEBERG. de A. MDL. in Cod. Aug. T. I. p. 1340. Sächsishe Recht, so fern die nicht wider Gottes Wort, und von der Christlichen Kirche nicht abgerhan seyn (quae verba, me iudice, satis clare ad Speculum Saxonum pertinent) sollen gehalten werden, und in welchen Fällen das Sächsishe Recht nicht sonderlich ordnet und statuiret, sollen die gemeine geschriebene Recht gebrauchet werden. ORDINAT. SVMMI PROVOCAT. SENATVS de. A. MDCV. in Cod. Aug. T. I. p. 1235. Man soll in unserm Appellations Gerichte vornehmlich die ausgegebene Landes-Ordnung, und publicirte Constitutiones, auch was Wir hierüber ferner verordnen werden, und dann das Land-übliche Sächsishe Recht in acht nehmen, was aber in denselben nicht ausdrücklich versehen, soll man nach des H. Reichs Constitutionen und Abschieden und nach gemeinen beschriebenen Rechten urtheilen und erkennen.

\*) LEX SAXONVM Tit. VIII. De eo, quod vir et mulier simul conquisierint, mulier mediam portionem accipiat. hoc apud Vestfalos. Apud Ostfalos et Angrarios nihil accipiat, sed contenta sit dote sua.

\*\*) IUS PROVINC. SAX. Lib. I. Art. XXXI. et Lib. III. Art. LXXVI.



perpaucae adsint, nisi, deficientibus demum vxoris cognatis, vniuersa haereditas ad eum veniat, quippe quem mores Saxonum etiam in hac successione Fisco praeserunt. <sup>e)</sup> Nec contrarium huius nostrae sententiae ex eo probatur, quod successio viduarum, his ipsis nostris temporibus, relicta antiqua consuetudine, secundum quam res vtenfiles tantum, et id, quod iis donatum vel in iure cessum esset, accipiebant, tota fere immutata sit, viduabusque, ex legibus Saxonis Electoralibus, <sup>d)</sup> vel tertia vel quarta pars haereditatis, collatis tamen omnibus earum bonis et rebus vtenfilibus cedat, tertia quidem si nulli liberi adsint, quarta autem iisdem extantibus. Semper enim, vt supra docuimus, <sup>e)</sup> apud Saxones diuersa intuitu successionis iura et mariti et viduae fuerunt, neque apud eos vnquam axioma inualuit, eodem iure et maritum et viduam censeri. Praeterea, cum ex antiquissimis Germanorum moribus viduabus plerumque vidualitium constitueretur, ne mortuo marito egestate laborarent, sed pro dignitate eius alerentur, (dotem enim non vxor marito, sed vxori maritus offerebat) <sup>f)</sup> denique variae leges Germanicae, hanc ipsam ob causam, viduabus prospexissent, dum WESTPHALI <sup>e)</sup> iisdem

e) IUS WEICHBILDI. ART. LVIII. Scribit eine Frau ohne Erben, da sie keinen Erben gewonnen hat mit ihrem Manne, sie erbet ihr Theil auf ihren nächsten Magen; es sey Weib oder Mann, die ihr ebenbürtig sind, hat sie der nicht, sie erbet es auf ihren Mann. Dasselbe rührt der Mann mit seinem Theile auch — der Frauen nächste Nistel nimmt aber die Gerade, et ART. LIX. Ob ein Erbe erblos stirbt, da sich niemand zu zeuher binnen Jahr und Tag, das fällt an die königliche Gewalt.

d) CONSTITVT. ELECTOR. XX. P. III.

e) S. V.

f) TACITVS de Moribus Germ. C. XVIII. cf. Io. GOTTL. HEINECCI Elementa Iuris German. Lib. I. Tit. XI.

g) LEX SAXONVM Tit. VIII.

iisdem dimidiam partem bonorum durante matrimonio acquisitorum, RIPVARI<sup>h)</sup> autem et BOJARI<sup>i)</sup> certam dotem et tertiam partem, eorum bonorum, quae acquisivissent, vel usufructum partis virilis, addixissent: facilius mores Saxonum viduabus certam etiam partem haereditatis, mortuo marito, tribuerunt, ex qua necessaria vitae alimenta acciperent. His enim, nisi dotalitium iisdem constitutum esset, prospiciendum esse censuerunt.<sup>k)</sup> Indeque moribus paulatim obtinuit, ut viduae, marito in tertia parte bonorum succederent. Docet enim GLOSSA GERMANICA AD IVS PROVINCIALE SAXONVM<sup>l)</sup> viduas quandoque mariti haeredes fieri. GLOSSA autem AD IVS WEICHBILDICVM<sup>m)</sup> iisdem tertiam partem bonorum acquisitorum

h) LEX RIPVARIA Tit. XXXIX. „Si quis mulierem desponsaverit, quidquid ei per tabularum seu chartarum instrumenta conscripserit, perpetualiter inconvulsam permaneat. Si autem per seriem scripturarum ei nihil contulerit, si virum superuixit, L. solidos in dotem recipiat, et tertiam partem de omni re, quam simul collaborauerunt, sibi studeat euindicare, vel quidquid ei in morgengaba traditum fuerat, similiter faciat. Quodsi ex his, quae conscripta vel tradita sunt, simul consumserint, nihil requirat.

i) LEX BAIVVARIORVM C. XIX. Tit. I. „Quae post mortem mariti in viduitate permanet, aequalem inter filios suos, id est, qualem vnus ex filiis usufructuario habeat portionem, usque ad tempus vitae suae usufructuario iure possideat.

k) IVS VETVS SCABIN. MAGDEB. Art. XXI. „En hat abir der man der vrouwen nicht gut gegeben. sie besizet an dem gute. und die kindere sollen ir geben ire notdurft. die wile sie ane man wesen will. Cf. IVS WEICHBILDIC. Art. LVII.

l) GLOSSA GERM. AD IVS PROV. SAX. L. I. Art. 24. „Wo sie aber (sc. mulieres) Erb nemen mögen, da haben sie die Kör, ob sie liber ihre Morgengab Gerade und Leibgedinge, oder das Erb nehmen wöllen, ob sie nicht Schwaben seyn.

m) GLOSSA AD IVS WEICHBILD. Art. XXII. Nimt ein mann ein weib mit lediger hande, do er oder sie, oder sie alle beide nichts herten, und erarbeiten geld oder gut mit einander, und stärb der mann, und hezre der  
C frauen



torum addicit. Praeterea ADDITIONES LATINAE AD SPECVLVM SAXONICVM, obseruante ZOBELIO, <sup>n)</sup>) testantur, ex statutis diuersorum locorum viduas vel dimidiam vel tertiam partem bonorum accipere, et FACHSIVS <sup>o)</sup>) narrat, per totam fere Misniam plerumque et statuto cautum esse, et consuetudine loci obtinuisse, quod vxoribus, post mortem maritorum debeatur tertia pars bonorum, quae supersunt, ea tamen lege, vt vidua, liberis superstitibus, non solum lucra nuptialia a marito percepta, sed etiam utensilia et omnia bona sua, siue mobilia siue immobilia, vndecunque adquisuerit, conferat. Denique hoc ipsum ius, quod in Misnia consuetudine inualuerat antiqua, vt scilicet viduabus tertia pars bonorum cederet, <sup>p)</sup>) tandem in CONSTITVTIONES ELECTORALES <sup>q)</sup>) a Diuo AVGVSTO translatum est, ita tamen limitatum, vt haec ipsa tertia pars bonorum viduae tunc demum cederet, si nulli liberi adessent, at iisdem extantibus viduae, quarta pars haereditatis, ab intestato tribueretur, in vtroque casu autem vidua bona sua conferret.

### §. VIII.

Haec autem, quae ex iure Saxonico Electorali nouo viduae debetur legitima, moribus magis, quam legibus Romanis originem debet. Ius Romanum enim indotatae tantum mulieri et pauperi ius succedendi ex quarta parte tribuit, sed

*frauen nichts verschrieben. Die frau behelt das dritteil in allem gut, und ir gerate, ane das herzewer, von rechtsweegen.*

<sup>n)</sup> CHRISTOPH. ZOBELIVS in Different. ius ciuil. et Saxon. P. III. Diff. I.

<sup>o)</sup> LVD. FACHSIVS in Diff. iur. civ. Diff. XX.

<sup>p)</sup> CONSULTATIONES SAXONICAE P. V. Casus XXXVI.

<sup>q)</sup> CONSTIT. ELECTOR. XX. P. III.



sed locupletis idem ius negat. \*) At ex iure Saxonico non pauperes tantum viduae hanc legitimam accipiunt, sed ditiores etiam eodem Iure vtuntur. \*\*) Indeque apparet, Iuris Romani introductionem, nullam fere, vel paruam circa coniugum successione, in Saxonia produxisse mutationem, eamque ob causam, hodie etiam quaestionem, de mariti successione, ex moribus Saxoniae decidendam esse. Aiunt quidem illi, qui docent, maritum quartam bonorum immobilium partem, ex legibus Saxonis, tunc lucrari, quando vxor nullas vel pauciores saltem res mobiles reliquerit: Articulos iuris Saxonicis, qui marito res mobiles, quae vxoris fuere, addicunt, de eo casu agere, vbi tam mobilia, quam immobilia bona reliquit vxor defuncta, et in hoc ipso sancire, vt bona mobilia apud virum remaneant, immobilia autem ad proximos defunctae cognatos redeant, sed ne vno quidem verbulo eum casum tangere, vbi omnia bona vxoris in immobilibus consistant, et vel nullae vel pauciores res mobiles adsint; nulla igitur expressa constitutione maritum, in hoc ipso casu, a successione remoueri, iura autem statutaria ex iure communi supplenda et sic interpretanda esse, vt a iure communi quam minimum recedant, denique in fauorem mariti introductum esse, vt mobilia vxoris defunctae lucretur, cum mulieres saepius res mobiles possideant, easque ad maritum adferant, rarius autem bona immobilia dominii iure teneant, illud autem, quod in alicuius fauorem est introductum, in eius odium et detrimentum detorqueri non posse, magno vero incommodo mactari maritum, qui omnia vxoris bona, quae

C 2

nullas

\*) Nouell. LIII. C. VI. et Nouell. CXVII. C. V.

\*\*) CONSTIT. ELECT. XX. P. III. *So soll sein Weib, ohne Unterschied, ob sie arm oder reich, nach Bezahlung der Schulden, aus allen ihres Mannes Gütern, einen vierten Theil nehmen und haben.*



nullas res mobiles possedit, proximis eius cognatis reddere debeat. \*) Sed licet haec ipsa argumenta non prorsus contemnenda videantur, tamen non tanti momenti sunt, ut adversariorum sententiam veram esse, confiteri, victasque manus dare debeamus.

## §. IX.

Nam non negamus quidem, nullam legem Saxonum maritum disertis verbis, a successione in bona immobilia, quae vxoris fuerunt, femovere, lubenterque largimur, iura constitui de iis, quae frequentius obveniunt, et legislatores ea praeterire, quae rarius accidunt, \*\*) indeque ex eo, quod mores Saxonum marito successione in rebus vxoris mobilibus tribuant, liquido nondum probari posse, eundem ex immobilibus nihil quicquam lucrari. At per eas leges, quae bona vxoris immobilia ad proximos eius cognatos transire docent, maritum a successione in haec ipsa bona immobilia repelli, putamus, cum manifesti iuris sit, eum demum legitimum haereditatem esse, cui leges ipsae haereditatem addicunt. Leges autem Saxonicae, bona immobilia, quae voce *eigen* plerumque in IVRE PROVINCIALI SAXONICO insigniuntur, et mobilibus (*der fahrenden Haabe*) opponuntur, \*) disertis verbis ad proximos vxoris cognatos iure haereditario venire docent, indeque iisdem verbis maritum a successione in bona immobilia arcent, quibus eundem a Gerada repellunt. \*)

Cum

\*) V. MATH. BERLICHIVS in Conclus. pract. P. III. Concl. XXIX. n. 70. 10.  
HENR. BERGERI Diss. de Legitima mariti.

\*) L. 3. 4. 5. et 6. D. de Legibus.

\*) IVR. PROV. SAX. Lib. I. Art. XXXI. et LII. item Lib. III. Art. LXXVI. et LXXXIII.

\*) IVR. PROV. SAX. Lib. I. Art. XXXI. *Stirbt aber das wih bi irer mannes libe,*  
fr

Cum igitur dubium non sit, maritum in Geradam nunquam succedere, nisi vxor eandem marito vendiderit, nulli etiam dubitamus, quin eodem iure maritus a successione in immobilibus arceatur, donec tandem, omnibus deficientibus vxoris cognatis, fisco praeferatur. <sup>d)</sup> Satis distincta enim sunt, ex moribus Saxonice, successione iura, in bonis immobilibus, rebus mobilibus et denique utensilibus siue geradicis, si de haereditate vxoris mortuae quaeratur. Mobilia scilicet, mortua vxore, apud maritum remanent, <sup>e)</sup> immobilia haereditario iure proximis cognatis addicuntur, <sup>f)</sup> denique res utensiles proximae cognatae, quae per foeminini sexus personas defunctae iuncta fuit, cedunt. <sup>g)</sup> Ius igitur, quod mores Saxonici cognatis tribuunt, imminueretur, si quis partem immobilium bonorum marito tribuere vellet, quod cum iniustum sit, nec antiquus succedendi ordo, lege aliqua recentiori immutatus: ex hac ipsa lege antiqua, ius adhuc hodie dicendum, et vxoris immobilia proximis agnatis addicenda esse putamus. Quidquid enim noua lege specialiter non est expressum, id veterum legum constitutionumque regulis adhuc relictum videtur. <sup>h)</sup>

C 3

§. XI.

*sie en erbet cheine varnde habe, wenn gerade und eigen, ob sie das hat an den nächsten, et Lib. III. Art. LXXVI. und stirbt denn das weib, der mann behält alles des weibes rechts in der varnden habe, sunder das gebuwe und sunder die gerade.*

<sup>d)</sup> Ivs WEICHBILD. Art. LVIII. „Stirbt eine Frau ohne Erben — sie erbet ihren Theil auf ihren nächsten Magen, es sey Weib oder Mann, die ihr ebenbürrig sind, hat sie der nicht, sie erbet es auf ihren Mann.

<sup>e)</sup> Ivs PROVINC. SAX. Lib. I. Art. XXXI. et Lib. III. Art. LXXXV.

<sup>f)</sup> Ivs VETVS SCABIN. MAGDEB. Art. XXXV. Ivs WEICHBILD. Art. LVIII.

<sup>g)</sup> Ivs VETVS SCABIN. MAGDEB. Art. XLI. Ivs WEICHBILD. Art. XXIII. et LVIII.

<sup>h)</sup> L. 32. §. vlt. D. Appell. et L. 27. C. de Testam.



§. X. non modis non  
 Alterum autem, quo aduersarii vtuntur argumentum, illud scilicet, quod in alicuius commodum introductum est, in eius odium detorqueri non posse, leue omnino est, et ita comparatum, vt eodem et nostram confirmare quodammodo possimus sententiam. Nam cum fundi, bonaque immobilia, ex antiquis Germanorum moribus, vt egregie monuit Ill. BIENERVS, \*) non in singulorum, sed vniuersae familiae dominio esse viderentur, et ob hanc ipsam causam, mortuo possessore, ad reliqua familiae membra redirent, in fauorem cognatorum sine omni dubio constitutum est, vt mortua uxore, bona immobilia, ad cognatos cognatasue, qui quaeue defuncto proximiori gradu iungebantur, transirent, indeque iniquum omnino esset, si his illud, quod leges iisdem largiuntur, lucrum eripere, vel imminuere vellemus, praesertim cum maritus ipse nullum damnum sentiat, si ab ea successione arceatur, quam leges alijs hominibus, proximis scilicet defunctae vxoris cognatis, tribuunt. Is enim nullum damnum sentire videtur, qui ea accipit, quae leges ei addicunt, eo autem priuatur commodo, cui nulla adstipulante lege frustra inhiat. Denique haec nostra sententia, qua maritum, extantibus cognatis, a successione in immobilia repellimus, iniquitatem nullam redolere videtur, cum facile sit, his ipsis nostris temporibus, quibus saepius testamenta scribuntur, et ii, quibus lex haereditatem defert, a legitima haereditate arceatur, modum inuenire, ne durior haec, vt maritis quibusdam videtur, lex, in haereditate uxoris locum habeat. Maritus enim, qui fidam, suiue amantem nactus est

\*) CHR. GOTTL. BIENERVS de Natura et indole Dominii in Territorijs Germaniae. L. I. C. II. §. 7. et Cap. III. §. 13.

est thori sociam, facile eadem persuadere poterit, ut vel bona immobilia vendat, et hoc modo legitimam eius portionem augeat, vel eundem testamento haereditem scribat, et hac ratione legitimis haeredes a successione in immobilia excludat.

§. XI.

Sunt quidem plures, nec ignobiles Iure Consulti, qui docent, ex moribus Saxonum maritum, si vxor eius vel nullas vel pauciores res mobiles reliquerit, partem quartam bonorum immobilium lucrari, qui ipsi in duas partes abeunt. Alii enim in hoc ipso casu, vnique marito, siue ille inops, siue diues sit, quartam partem tribuunt, alii autem maritum tunc demum, si inops sit, nec se, ablato omni, quod vxor eius habuit, patrimonio, honeste alere possit, ad huius quartae petitionem admittunt, et in hac ipsa re iuris Romani placitis strictius inhaerent. Illosum antesignani sunt RICHTERVS, <sup>a)</sup> STRYVIVS <sup>b)</sup> et BERGERVS. <sup>c)</sup> Horum autem partes inter alios tuentur SCHNEIDEWINVS, <sup>d)</sup> MOLLERVS, <sup>e)</sup> SCHVLTZIVS, <sup>f)</sup> BERLICHIVS, <sup>g)</sup> STRYCKIVS <sup>h)</sup> et WERNHERVS. <sup>i)</sup> At cum illi nullam omnino legem, vel antiquam, quae ex libris scriptis iuris

a) PHIL. CHRISTOPH. RICHTERVS de Success. ab intest. Sect. IV. Membr. II. no. 57.

b) GEORG. AD. STRYVIVS in Syntagm. Iur. Ciu. Exere. XXXVIII. §. 41.

c) IO. HENR. BERGERVS in Diff. de Legitima mariti.

d) IO. SCHNEIDEWINVS in Comment. ad Inst. Lib. III. Tit. I. p. 426.

e) DAN. MOLLERVS in Comment. ad Constitut. P. III. Const. XXI. n. 14.

f) GEORG. SCHVLTZIVS in Synops. Instit. Imper. L. III. p. 262.

g) MATH. BERLICHIVS in Conclaf. practieab. P. III. Concl. XXIX. no. 69.

h) SAM. STRYCKIVS in Tr. de Success. ab intest. Diff. IV. §. 15.

i) IO. BALTH. WERNHERVS in Obl. for. P. III. Obl. 30.



ris veteris probari possit, consuetudinem, ad confirmandam eam, quam tuentur opinionem, laudare possint, et argumentum tantum ex eo ducant, quod Ius Saxonicum Electorale, <sup>k)</sup> viduae sine omni distinctione, an diues aut inops sit, quartam partem bonorum tribuat, et quod iura coniugum reciproca esse debeant, <sup>l)</sup> hoc argumentum vero nimis leue sit, nec moribus Saxonum conueniat, apud quos, vt supra monuimus, <sup>m)</sup> maritus et vidua non pari iure vtuntur, denique haec ipsa sententia, vt iam obseruauit FRIESIVS, <sup>n)</sup> dubium relinquat, an maritus etiam, si quartam partem bonorum immobilium accipere velit, bona sua conferre debeat; eorum autem opinio, qui inopi tantum marito quartam haereditatis partem addicunt, pluribus litigiis causam praebet, et legibus nondum sit satis definitum, quis in hac ipsa causa pauper dicatur, multumque in hac ipsa quaestione iudicis arbitrio, qui ad omnes, quae negotium circumstant, res sedulo respicere debet, relinquatur; cum denique leges Saxoniae nostrae Electorales saepius, si de vxoris haereditate agatur, bona immobilia, a rebus mobilibus curatius distinguant, easque res, quae immobilium nomine continentur, ad proximos vxoris cognatos redire iubeant: <sup>o)</sup> vsus fori has opiniones, quae lon-

k) CONSTIT. ELECT. XX. P. III.

l) IO. HENR. BERGER in Diss. de Legitima mariti.

m) §. V.

n) FRID. FRIESIVS in Diss. de Bonorum Possessione ex Edicto Vnde vir et uxor. §. 13.

o) CONST. ELECT. XXI. P. III. *darz das unvertagte Erbegeld, weil es aus unbeweglichen Güthern bezahlet, und abgeleget wird, und noch darinnen steht, als ein unbeweglich Gut, auf des verstorbenen Weibes Erben, das bezage, aber auf den Mann fallen und kommen soll.* CONST. ELECT. XXII. P. III. *Wo es sich zutrüge, darz die Frau vor dem Manne mit Tode abgienge, so soll solches Geschenck (donum scilicet nuptiale) weil dem*

longius a Iuris Saxonici analogia recedunt, innumerasque lites alant, fere nunquam probavit, sed maritum, licet inopem, a successione in immobilia vxoris, si cognati adessent, ad quos hæc bona redire possint, semper fere repulit. Testatur enim WESENBECIUS, <sup>p)</sup> se nunquam vidisse, secundum *Auth. Præterea C. Unde Vir et vxor* pronunciari, sed simpliciter tantum marito mobilia adiudicari, eumque cogi, vt immobilia reddat; eiusque in adornandis Consultationibus Saxonice Collegæ disertis verbis docent, <sup>q)</sup> marito, qui ex iure Saxonico mobilia capit, non solere quartam, ex *Auth. Præterea*, adiudicari, addita hac ratione, quod ius speciale siue Saxonicum, generali et communi deroget; denique MOLLERVS, <sup>r)</sup> BERLICHIVS <sup>s)</sup> et BERGERVS <sup>t)</sup> licet ipsi alia omnia censeant, non negant, hanc ipsam, quam nos defendimus, sententiam, vsu fori approbatam esse, cuius rei etiam CARPZOVIUS, <sup>u)</sup> MENCKENIUS, <sup>v)</sup> WERNHERVS, <sup>w)</sup> BRVCKNERVS, <sup>x)</sup> et Illust. SCHOTTIVS, <sup>aa)</sup> testes sunt locupletissimi.

Haec

*dem Manne nach Sachsen Recht die Fahrnis gebühret, demselbigen allein bleiben.* cf. CONST. ELECT. XXIII. XXIV. XXV. P. III.

- p) MATH. WESENBECIUS in notis ad Schneidewini Comment. in Instit. p. 426.  
 q) CONSULTAT. SAXON. P. V. Caf. XXXV.  
 r) DAN. MOLLERVS in Comment. ad Const. Elect. P. III. Const. XXI. n. 14.  
 s) MATH. BERLICHIVS in Conclus. practicab. P. III. Concl. XXIX. n. 69.  
 t) IO. HENR. BERGERVS in Oec. Iur. L. II. Tit. IV. Th. XLIII. n. 8.  
 u) BENED. CARPZOVIUS in Defin. for. P. III. Const. XXIII. Def. 22.  
 v) LVD. MENCKENIUS in Syst. Iur. Ciu. sec. Pandect. L. XXXVIII. Tit. XVII. de Successione iuris novissimi.  
 w) IO. BALTH. WERNHER in Enunciat. P. II. Obs. 467.  
 x) IO. ERNST de BRVCKNER in Praejudiciis siue Consiliis Iuris Lib. III. Tit. I. p. 131.  
 aa) AVG. FR. SCHOTTI Inst. Iuris Sax. Elect. Lib. II. Sect. IV. Memb. I. C. II. §. 7.

D



Haec ipsa causa Illustris Iure Consultorum Wittebergensium Collegium, ut a Praeside mihi relatum est, A. O. R. MDCCLXXXVI. Mens. Octobri, mouit, ut marito nullam actionem, aduersus vxoris haeredes, ad consequendam quartam partem bonorum immobilium, competere censeret, his additis rationibus:

Obwohl, nach Römischen Rechten, ein Ehemann, wenn selbiger arm ist, einen gewissen Theil der Erbschafft, seiner vor ihm verstorbenen Ehegattin, wenn auch deren Vermögen in immobilibus bestehet, als Erbe fordern kann,

*Auth. Praeterea C. Vnde Vir et vxor.*

mithin, da die Römischen Gesetze bey uns in subsidium angenommen worden sind, dafür gehalten werden möchte, dasz bey gegenwärtigem Falle diese Verordnung der Gesetze eintreten, folglich Klägers Suchen für gegründet gehalten, und demnach über die erfolgte Einlassung erkannt, und Klägern der Beweis desjenigen, was ihm an der Klage verneinet worden, auferleget werden solle, und zwar um so viel mehr, da selbst verschiedene Sächsishe Rechtslehrer, dasz erwähnte Disposition der Römischen Rechte bey uns angenommen sey, behaupten,

BERGER in *Diff. de legitima mariti.*

IDEM in *Oecon. Iur. Lib. II. Tit. IV. Thes. XLIII. n. 8.*

WERNHER in *Obseru. Iur. P. III. Obs. 30.*

Dennoch aber und dieweil, die Römischen Rechte nur in so fern, als die einheimischen etwas gewisses nicht festsetzen, bey uns angenommen sind, die Sächsischen Gesetze  
aber



aber einem Wittwer blos des Weibes fahrende Haabe zueignen, inmaassen

das LAND - RECHT Lib. III. Art. LXXVI.

ausdrücklich bestimmet,  
dasz das Gebäude, und die Gerade der Mann nicht behalte,  
unter dem Worte GEBÄUDE aber, alle unbewegliche  
Güther und liegende Grundstücke, als welche der fahrenden  
Haabe entgegen gesetzt werden, verstanden werden  
müssen, hiernächst gegenwärtige Sache nicht nach Römi-  
schen, sondern Sächsischen Gesetzen beurtheilet werden  
musz, diese aber in nur angezogenen Worten, den Ehe-  
mann von der Erbfolge in seines Eheweibes unbeweglichen  
Vermögen ausschliesen, wie dieses

CARPZOV. in Def. for. P. III. Const. XXIII. Def.

22. et 24.

mit Beziehung auf mehrere Sächsische Rechts - Lehrer,  
und besonders

MOLLER ad Constit. P. III. Const. XXI. n. 14.

mit folgenden Worten:

*Sed quod Wesenbecius ait, se non vidisse ita (sc. se-  
cundum dispositionem iuris communis) pronuncitari,  
sed simpliciter tantum marito mobilia adiudicari, et  
cogi eum immobilia reddere, id et ego affirmare pos-  
sum, et usus quidem quotidianus satis probat.*  
weillüftiger ausgefuhret hat, nach diesen Gesetzen und  
dem Gerichts - Gebrauch auch, wie selbst

D 2

BER-



BERGER in *Oecon. Iur. loc. cit.*  
gestehet, und

MENCKEN ad *Pandect. post. Titul. XVII. Lib.*  
*XXXVII. §. 20. p. 592.*

BARTH. in *Dissens. in Praxi Cent. VII. Diss. 668.*

BRUCKNER in *Praejudiciis sec. mat. Institut. Lib. III.*  
*Tit. I. p. 131.*

anführen, in Sächsischen Rechts-Collegiis gesprochen worden ist, endlich auch, durch neuere Gesetze, obwohl

CONSTITVT. ELECT. XX. P. III.

den Eheweibern ein besonderer Pflicht-Theil, nach dem Tode des Mannes bestimmt worden, in Ansehung des Erbfolge-Rechts des Wittwers nichts geändert worden ist: So sind Wir, wie im Urthel enthalten zu erkennen, jedoch die in der Sache aufgelaufenen Unkosten, weil Kläger die Meynung verschiedener bewährter Rechts-Lehrer für sich hat, gegen einander aufzuheben, bewogen worden.

§. XIII.

Tandem Serenissimus Saxoniae Elector, FRIDERICVS AVGVSTVS, hanc ipsam sententiam, quae diu in foro obtinuerat, sua auctoritate confirmavit, et, vt eandem Dicasteria et in posterum vbiuis sequerentur, principali Constitutione fanciuit. Nam Iureconsulti Wittebergenses, cum eam litem, cuius supra mentionem feci, deciderent, et animadverterent, in hac ipsa causa iuris Saxonici interpretes diuersa sentire, in illis literis, quae quotannis ad Principem, de rebus in iure dubiis, mitti solent, monuerunt, hanc ipsam iuris contro-

versi

verfi quaeſtionem nondum legibus deciſam eſſe, et Principem rogauerunt, vt in hac ipſa re aliquid certi in poſterum ſtatuereſ. Reſpondit autem iſdem Sereniſſimus Princeps Elector in hunc modum:

*Von Gottes Gnaden FRIEDRICH AVGVST, Hertzog zu Sachſen, Tülich, Cleve, Berg, Engern und Weſtphalen &c. Churfürſt &c.*

*Hochgelahrte, liebe getreue. Wir haben Vns vorhin gebührend vortragen laſſen, was ihr in Anſehung der Rechts-Frage; ob und unter welchen Umſtänden ein Ehemann von ſeines verſtorbenen Eheweibes Immo-  
biliar-Nachlaß einen Antheil verlaugen könne? mittelſt gehorſamſten Berichts vom 6. Februar. MDCCLXXXVII. angezeigt habt: Nachdem Wir nun aus denen darüber von der Iuriſtenfacultät und dem Schöp-  
pen Stuhl zu Leipzig erforderten Anzeigen, ingleichen aus dem von Unſern Appellations-Gericht eröfnetem Gutachten erſehen, daß nur bemeldetes Appellations-Gericht, ſo wie die beyden Leipziger Dicasteria ebenfalls der einſtimmigen Meynung ſind, daß der Ehemann iederzeit, auch wenn er arm, und wenig, oder gar kein Fährniß vorhanden, von aller Succeſſion in des Eheweibes Immo-  
biliar-Nachlaß ausgeſchloſſen werde, mithin dieſe Meynung, welche auch mit der Vorſchrift der Sächſiſchen Rechte von der Succeſſione mariti übereinſtimmet, von Unſerm Appellation-Gericht und ſämtlichen Dicasteriis als weiter nicht zweifelhaft angeſehen wird.*



So begehren Wir hierdurch, ihr wöllet dieselbe auch künftig im Sprechen beybehalten, inmaassen Wir auch die Juristen-Facultät, und den Schöpffen-Stuhl zu Leipzig in dessen Gemätheit anweisen.

Möchtens euch nicht bergen, und geschiehet daran Unsere Meynung. Datum Dresden, den XIX. Martii MDCCXCI.

G. W. Graf von Hopfgarten.  
Carl August Segnitz.

§. XIV.

Licet autem, ex his moribus Saxoniae, maritus a successione in bona immobilia defunctae vxoris remoueat, et res mobiles tantum, exceptis vtenfilibus, retineat: haec ipsa tamen doctrina iustis limitibus est circumferibenda. Nam, si nulli adsint cognati, quibus bona immobilia haereditario iure acquiruntur, haec etiam maritus retinet, et in iisdem Fisco, tanquam vltimō haeredi praefertur. Disertis enim verbis Ivs WEICHBILDICVM, <sup>a)</sup> deficientibus cognatis, marito omnem haereditatem, sub qua etiam bona immobilia intelliguntur, addicit. Indequē manifesti iuris est, in Saxonia coniuges sibi inuicem, deficientibus cognatis, ab intestato succedere, et superflitem omnia defuncti bona, exceptis feudis, fideicommissis, et rebus vtenfilibus vel etiam expedito-riis lucrari, <sup>b)</sup> denique in his ipsis rebus haereditariis potiora iura habere, quam quae Fisco competunt. Testantur enim

<sup>a)</sup> Ivs WEICHBILD. Art. LVIII.

<sup>b)</sup> BERND. CARPZOVIVS in Def. for. P. III. Constit. XVIII. Def. 31. AVG. FR. SCHOTTI Imp. Iur. SAX. Elect. Lib. II. Sect. VI. Membr. I. C. II. §. I.

enim hoc sententiae antiquae Scabinorum Lipsiensium, quorum unam edidit ZOBELIVS post IVS PROVINC. SAXONICVM, ) aliam inveni in Codice quodam Manuscripto, <sup>d)</sup> Anno forsitan MDXLI. exaratam, his verbis conceptam: „Wenn gleich Wenzel Z. keynen Verwandten nach sich gelassen hette, so volgete dennoch seine Erbschaft nicht dem Tuncckern und seinen Erben, sondern sein nachgelassene Wittbe hette sich darzu billich. Da ir aber nun mit Paul Mollern und Hans Stauden, oder sonst vielleicht mit andern Personen, konnet darthun. so ferne es obbemelte Wittbeustellen und nicht gesehen wolte, dass jenant Z., in seiner krankheit ausgefaget, dass eure Mutter, die - Molbergin - seine neheste Freundin, so wurdet ir als die nehesten Erben, zu der verlassenen Erbschaft obigen Z. billich gelassen., et Responsum Scabinatus Mageburgici de A. MDLXXV., ex quo haec verba

c) v. ZOBELII Ius Provinc. Sax. fol. DXXXVII. Wenn auch gar kein verwandter sich zu dem Erbe, so über des Weibes Gerechtigkeit vorhanden, befände, so folge dasselbige dem Weibe billicher denn dem Gerichte.

d) Codex hic, qui ex bibliotheca Perilluff. et Generosiss. PONICKAVII, Serenissimo Principi Elector. Sax. a Consiliis belli intimis, summi huius Academiae Euergetae, eo tempore, quo is omnem suppellectilem, quam possederat libraniam, Academiae Wittebergenii donaret, in bibliothecam Academicam venit, ante Annum MDXLIII. exaratus videtur. Ligaturae enim libri hic titulus inscriptus est. ERNESTVS BROTVFF. CIVIS MERSEBVRGEN. EST POSSESSOR HVIVS LIBRI. MDXLIII. XVIII. AVGVST. LIGATV EST. E. B. Continet autem praecipue sententias quasdam Scabinorum Lipsiensium, hoc rubro notatas. Erliche viel selbne der scheppen zu Leipzig irrett und rechtspruch, daraus die practica und der brauch des rechts leichtlich erkant kan werden. et Practicum ordinis iudicarii domini hennigii gode arziim et iuris vtriusque doctoris.



verba refert STRYCKIVS \*) „Ist W. Braun verstorben, und  
 „hat weder Varer, Mutter, Schwester, Bruder, noch ei-  
 „nigen andern Freund, ohne allein seine Hausfrau hinter  
 „sich verlassen, so hat er auch seine Erbschafft auf seine  
 „Hausfrau allein verfället, und hat sich der Verwaller des  
 „Orts desselben nicht anzumaassen.“

§. XV.

Haec autem ipsa subsidiaria coniugum successio, quam  
 ex Edicto *Vnde vir et uxor* plures descendere putant, ad  
 bona feudalia, fideicommissa, et res expeditorias et vten-  
 siles non pertinet, quia in his ipsis rebus singularia iura obser-  
 vantur. Feuda enim, extinctis iis, qui a domino directo,  
 per investituram vel propriam, vel alienam, ius succedendi  
 acceperunt, ad dominum directum reuertuntur. Fideicom-  
 missa iis cedunt, quibus ea fideicommittentis voluntas desti-  
 nauit, iisque non extantibus extinguuntur, et iure reliquorum,  
 quae in haereditate sunt, bonorum censentur. In rebus vten-  
 silibus autem, vir, si clericum exceperis, qui in Gerada ma-  
 terna paria cum filiabus iura habet, \*) nunquam succedit, nec  
 res expeditoriae foeminae vnquam iure haereditario deferun-  
 tur, sed hae ipsae res, deficientibus agnatis scilicet, expedi-  
 toriae, foeminis autem per foeminas defunctae iunctis non  
 extantibus, res vtenfiles, fisco cedunt. <sup>b)</sup> Reliqua omnia bo-  
 na, si nulli cognati adsint, coniugi supersitici haereditario iure  
 acquiruntur.

§. XVI.

c) SAM. STRYCKIVS in Tr. de Successione ab intest. Diff. IV. C. I. §. 4.

a) IVS PROVINC. SAX. Lib. I. Art. V. et IVS WEICHBILD. Art. LVII.

b) IVS PROVINC. SAX. Lib. I. Art. XXVIII, et Lib. III. Art. XV. IVS WEICHBILD. Art. LVIII.



Sed varia etiam circa hanc ipsam causam dubia nascuntur. Sunt enim multi, qui hanc ipsam mutuam coniugum successionem, iuri Praetorio, et Edicto *Vnde vir et uxor* deberi putant, ideoque intra centum dies bonorum possessionem petendam esse docent. <sup>a)</sup> Alii autem, nulla certa tempora in hac haereditatis petitione constituta esse, coniugesque longissimi demum temporis praescriptione ab hac successione repelli, statuunt. At cum hanc litem iam FRIESIVS <sup>b)</sup> perorauerit, nos eadem diutius non immorabimur, sed illud tantum addamus, nobis etiam posteriorem sententiam placere, quae coniuges, finito etiam centum dierum spatio, ad hanc successionem admittit, nec, si illi bona iam possideant, vllam ab illis declarationem exigit. Leges enim Saxonicae certe nullibi hanc ipsam, pro obtinenda bonorum possessione, declarationem necessariam esse docent, sed, mortuo marito, vxoreue, si cognati eius non adsint, superstiti, omne patrimonium, quod coniuges, qui donec viuunt, in communione quadam esse videntur, <sup>c)</sup> coniunctim possederunt, addicunt, coniugesque Fisco praeferunt, denique huic demum, post vnium anni spatium, bona vacantia adsignant, <sup>d)</sup> et hac ipsa

re

- a) SAM. STRYCKIUS in Tr. de Success. ab intest. Diff. IV. C. I. §. 4 et 7. IO. HENR. BERGERVS in Oec. Iur. L. II. Tit. IV. §. 42. n. I. GEORG. SCHULTZIUS in Synopf. Inst. p. 256.
- b) FRID. FRIESIVS in Diss. de Bonorum Possessione ex Edicto vnde vir et vxor.
- c) IVS PROVING. SAX. Lib. I. Art. XXXI. *Mann und wib haben chein gezwewer gut zu irme libe.*
- d) IVS WEICHBILD. Art. LVIII. et LIX. *Stirbt eine Frau ohne Erben, da sie keinen Erben gewonnen hat, mit ihrem Mann, sie erbet ihr Theil auf ihren nächsten Magen, es sey Weib oder Mann, die ihr ebenbürrig sind. Daselbe thut der Mann mit seinem Theil auch — Ob ein Erb erblos stirbt, da sich niemand zuzuehet, binnen Jahr und Tag, das fällt an die königliche Gewalt.*

E



re fatis probant, haeredes legitimos, ad quos coniuges merito referuntur, breuiori spatio a iure haereditario, in bona mobilia neutiquam excludi, \*) iisque intuitu bonorum immobilium ordinariam demum praescriptionem nocere. Haec autem argumenta, sine dubio Scabinos et Magdeburgenses et Lipsienses mouerunt, ne in Responfis, quae supra <sup>f)</sup> laudauimus, mirante licet STRYCKIO, <sup>g)</sup> certum tempus definirent, intra quod coniux hanc ipsam successionem peteret. Et Scabini Lipsienses iisdem vsi sunt, cum, obseruante FRIESIO, <sup>h)</sup> Anno MDCCXIV. viduam de domo mariti inuestiendam censerent, licet illa post biennium demum hanc inuestituram petiisset, nec intra centum dies preces pro obtinenda bonorum possessione magistratui obtulisset. Has enim decidendi rationes sententiae addidere: *Dieweil aber dennoch, dasz die*  
*»declaration zu der bonorum possessione ex capite vnde vir*  
*»et uxor auf das spatium der 100 Tage eingeschränckt*  
*»seyn solle, in denen Rechten nirgends ausdrücklich ver-*  
*»ordnet, indem dasjenige, was §. 4. I. de B. P. enthalten,*  
*»blosz von der successione agnatorum et cognatorum han-*  
*»delt, dahin auch L. 2. C. qui admitt. ad bon. poss. gehet,*  
*»und L. fin. C. d. T. auf die statuta iure prisco tempora*  
*sich*

\*) IVS PROVINC. SAX Lib. I. Art XXVIII. Stwas so susgerhanes dinges erbelos erstirbt. herwete erbe oder gerade. dae soll man antworten dem Richter oder dem vroneboren. ob er ez heisset nach dem drixigsten. die sal der richter halden iar und tac unvertan. und warten ob sich iemand darzu zihe mit rechte. sint heret ez der richter in sin nuex — Daz ist geredet von varnder habe. cf. GLOSSAM AD IVS WEICHBILD, Art. LIX.

f) Vide supra §. XIV.

g) STRYCKIUS in Diss. de Succ. ab intest. Diss. IV. C. I. §. 4.

h) FR. FRIESIUS in Diss. laud. §. 37.



„sich beziehet, von welchen, dasz etwas auf oberzählten  
 „Fall verordnet, nicht zu befinden, hierüber dergleichen  
 „dispositiones poenales, dadurch iemand des ihm sonst zu-  
 „kommenden Rechts verlustig gemacht werden soll, odiosae,  
 „und ultra tenorem verborum nicht füglich zu extendiren,  
 „also dasjenige, was in denen Sächsischen Rechten Weich-  
 „bild Art. LVIII. verordnet, dem iuri communi conform,  
 „und da auch von denen Sächsischen Rechts-Lehrern in des  
 „verstorbenen Ehemannes Gütern, der Vorzug vor dem  
 „Fisco, der hinterlassenen Wittwen zu unterschiedlichen  
 „mahlen zuerkannt worden, um so vielmehr pro receptione  
 „deselben in diesem Stücke zu praesumiren, diesennach  
 „die von der Simonin fol. I. beschehene declaration pro  
 „intempestiva nicht zu achten, noch bey solchen Umständen  
 „die Verlassenschaft unter die bona vacantia mit Bestand  
 „zu rechnen &c. Recte igitur, me iudice, docet FRIESIVS, <sup>1)</sup>  
 coniugem superstitem haereditatem defuncti, si illam possi-  
 deat, sine vlla omnino declaratione, siue petitione bonorum  
 possessionis, retinere posse, nec in hac ipsa causa, Fisco, li-  
 cet legitimum iam praescriptionis tempus praeterlapsum sit,  
 aliquod ius succedendi acquiri, <sup>2)</sup> in altero autem casu, si  
 superstes bona non possideat, diligenter esse inquirendum,  
 cuius vacans cadensque fuerit patrimonium, <sup>3)</sup> et ex moribus  
 nostris edictalem citationem, praefixo ad hanc rem sub poe-  
 na praeclusi termino, esse emittendam, hoc autem modo  
 E 2  
 pro-

1) FR. FRIESIVS in Diss. cit. §. 38.

2) cf. GOTHFR. BARTHIVM in Hodegeta forensi, C. III. §. XXI. p. 606.

3) L. 5. C. de Bonis vacantibus.



procedendi non observato, coniugi superstiti, intra legitimum praescriptionis tempus, triginta scilicet annorum, vnius anni et trium dierum, haereditatis petitionem competere, nec eundem, nisi finito demum hoc legitimo praescriptionis tempore, ab haereditatis petitione arceri.

## §. XVII.

Secundo quaeritur, vtrum omnes omnino cognati, qui se cum defuncto ab vno eodemque parente cognatos esse docere possunt, coniugibus praeferantur, an coniuges pro quibusdam cognatis praerogativam habeant, et deficientibus iis, qui septimo vel decimo gradu defuncto iunguntur, ad haereditatem vocentur? Illi, qui postremam probant sententiam, ad eas leges prouocant, secundum quas ius haereditarium certis tantum cognatis conceditur. IUS SAXONICVM PROVINCIALE \*) enim eos tantum ad haereditatem admittit cognatos, qui in septimo cognationis gradu sunt constituti, Ius Romanum autem agnatos, qui ultra decimum gradum sunt, ab haereditate arceri videtur. His certe verbis utitur IUSTINIANVS: †) „Hoc loco et illud necessario admonendum sumus; agnationis quidem iure admitti aliquem ad haereditatem, etsi decimo gradu sit; siue de lege duodecim Tabularum quaeramus, siue de Edicto, quo Praetor legitimis haeredibus daturum se bonorum possessionem pollicetur. Proximitatis vero nomine iis solis Praetor promittit bo-

NOTVM

\*) IUS PROVINC. SAX. Lib. I. Art. III. „Die zwischen deme nagele, und deme haubere sich zu der sibbe gestozen magen an gleicher star die nemen das erbe gliche, der sich neher zu der sibbe gestozen mag, der nimt das erbe zuvoren. Die sibbe ender in dem sibenden erbe zu nehmen.

†) in §. 5. I. de Success. cognat.

norum possessionem, qui usque ad sextum gradum cognationis sunt, et ex septimo sobrino sobrinaque nati nataeue. Indeque, cum omnes fere in eo consentiant iuris Saxonici interpretes, iuris Saxonici antiquioris dispositionem, quae cognatos ultra gradum septimum ab haereditate arcet, a longo inde tempore per non usum abolitam esse, omnemque graduum computationem apud nos, in successionis ordine, secundum regulas iuris civilis fieri, \*) colligunt nonnulli, collateralium successionem ultra decimum gradum non extendi, et, si nulli adsint cognati in decimo gradu constituti, iam coniuges ad successionem vocari. †) Aiunt enim, omnem quidem inter agnatos et cognatos differentiam sustulisse IUSTINIANVM, \*) sed eundem cognatis plura iura non dedisse, quam olim agnati habuerunt, hos autem ultra decimum gradum ad haereditatem non admissos esse, ex ipsis verbis Iustiniani, que supra excitauimus, patere. At licet verum sit, cognatis potiora iura non tributa esse, quam ex antiquissimis temporibus agnati habuerunt, illud tamen concedi nullo modo potest, agnatos ultra decimum gradum ad haereditatem defuncti non admissos esse. Difertis enim verbis docet IUSTINIANVS: †) „inter masculos agnationis iure haereditatem, etiamsi longissimo gradu sint, ultra citroque capi, ex quo patet, ea verba, quae in §. 5. I. de Succ. cognat. extant, etsi decimo gradu sit, exempli tantum gratia

E 3

posita

- \*) vide GEORGH SCHULTZII Synops. Instit. Imp. L. III. p. 249 C. G. A. v. Z. Introductio in Ius Elect. atque comm. Sax. L. II. Tit. IX. §. 47.  
 †) Io. SCHNEIDWINVS in Comment. ad Instit. Lib. III. Tit. I. p. 418. et Lib. III. Tit. V. p. 447. ANDR. GALLIUS in Obs. pract. Lib. II. Obs. 150. CARPZOVII Defin. for. P. III. Const. XVIII. Def. 31.  
 \*) Nouell. CXVIII. c. 3.  
 †) in §. 3. I. de Legitima agnatorum success. et L. 2. §. I. D. de Suis et legitim. haered.



posita esse, nec eos, qui ultra decimum gradum sunt, ab haereditate arcere, denique in Nouellis IUSTINIANI Constitutionibus, <sup>e)</sup> *omnes deinceps a latere cognati* ad haereditatem vocantur. Verior igitur est sententia eorum, qui omnes cognatos, quocumque gradus sint, dummodo se defuncti cognatos esse probari possint, coniugibus praefereunt, et hos demum ad subsidiariam bonorum successionem admittunt, ubi nullus cognatus ad haereditatem adspirat. <sup>f)</sup> Et hanc ipsam sententiam probare videntur SCABINI MAGDEBURGENSES, in Responso supra laudato, <sup>g)</sup> qui verbis vtuntur *nöch einigen andern Freund* et SCABINI LIPSIENSES in sententiis, quarum verba supra <sup>h)</sup> excitauimus, cum voces: *wenn auch gar kein Verwandter sich zu dem erbe befunde et keinen verwandten nach sich gelassen*, satis doceant, haec ipsa Dicafteria ad certum gradum consanguinitatis non respexisse.

§. XVIII.

Tandem dubium etiam est, an ad hanc subsidiariam coniugum successionem, thalami consensio apud nos in Saxonia sit necessaria. Ii enim, qui omne hoc ius, quod coniux superstes, deficientibus cognatis, sibi in patrimonium defuncti vindicat, ex Edicto Praetoris deriuant, hanc ipsam thalami consensionem non requiri putant. <sup>i)</sup> Nuptias non concubi-

g) Nouell. CXVIII. c. 3.

h) MATH. WESENBECIUS in notis ad Schneidewin. Institut. p. 418. GEORG. SCHULTZIUS in Synops. Inst. Imp. p. 248. SAM. STRYCKIUS in Tr. de Success. ab intestat. Diss. IV. C. I. §. 6.

i) vide supra § XIV.

k) vide supra eund. §. XIV.

l) IO. HENR. BERGERVS in Oec. Iur. Lib. II. Tit. IV. Th. 42. n. 2. IO. BALTHAS. WERNHER in Obs. for. P. III. Obs. 33.

cubitum, sed consensum facere<sup>b)</sup> dicunt, indeque sponso sponsæque hanc etiam successionem competere docent, præsertim cum hæc causa sit favorabilis, atque in dubio contra fiscum sit pronuntiandum.<sup>c)</sup> At cum ipsum ius Romanum in hac coniugum successionem, teste VLPIANO,<sup>d)</sup> iustum requirat matrimonium, materfamilias autem sponsa non dicatur, porro ius Saxonicum matrimonium demum consummatum putet, si vxor in thalamum mariti venerit, nec vlllo in Articulo sponso sponsæve successionem concedat, denique Ius Saxonicum Electorale<sup>e)</sup> marito demum post thalami consensionem iura maritalia tribuat, rectius mihi docere videntur ii, qui, ad hanc etiam subsidiariam coniugum successionem, thalami consensionem requirunt, nec nimis angustis limitibus legis Saxonicae verba circumscribunt.<sup>f)</sup> Verba enim, quae in hac ipsa Constitutione Electorali occurrunt: *was das Recht ihme giebet*, non de statuto tantum sunt interpretanda, sed ad ius etiam commune pertinent, et ex hac ipsa causa legis sanctio, in eo etiam casu, in quo coniux superstes ad defuncti haereditatem, nullis extantibus cognatis, ex dispositione IVRIS WEICHBILDICI *Art. LIII.* adspirat, locum habere videtur.

## §. XIX.

- b) L. 30. D. de Reg. Iur.  
 c) L. 10. D. de Iure Fisci.  
 d) L. vn. D. Vnde vir et vxor.  
 e) CONSTIT. ELECT. XIX. P. III. — *Unsere Verordnens aber halten dafür, dasz derer Orren, da Sachsen Recht gehalten, das Beylager oder das Betze beschrissen folgen musz. Wann dasselbige geschich-n und eines stirbt, so soll alsdenn dem überbleibenden das folgen, was die Ehestiftung, Statut, Gewohnheit, oder das Recht ihm giebet.*  
 f) GODOFR. LEONH. KÜCHER Diss. de Successione Coniugum Lipsiensium. §. 10. not. I.



## §. XIX.

Sed has aliasque, quae in nostro iure adhuc dubiae videntur, quaestiones Serenissimus Princeps Elector Saxoniae FRIDERICVS AVGVSTVS, Pater Patriae optimus, mox soluet. Is enim, vt omnibus ciuibus aequale ius dicatur, summopere optat, et hanc ipsam ob causam singulare Collegium, cui Illustrissimus et Excellentissimus Comes de Hopfgarten, Serenissimo Principi a Consiliis intimis et Status Administrator, praestitit, ordinavit, quod in posterum eiusmodi de iure ortas controuersias dirimet, denique sapienter iussit, vt Dicasteria de omnibus causis dubiis, diligenter ad hoc ipsum Collegium referant.



ULB Halle

004 334 728

3




A

86









Farbkarte #13

B.I.G.

10372

g  
1

1792

8

DISSERTATIO INAUGURALIS  
DE  
MARITO EX LEGIBVS SAXONICIS,  
VXORI MORTVAE,  
SI EIVS COGNATI ADSINT,  
IN IMMOBILIA AB INTESTATO NON  
SVCCEDENTE.



QVAM  
P R A E S I D E  
GOTTLIEB WERNSDORFFIO  
PHILOSOPHIAE ET IVRIVM DOCTORE, INSTITVT. PROF. PVBL.  
ORD. CVRIAE PROVINCIALIS, SCABINATVS ET FACVLTATIS  
IVRIDICAE ASSESSORE

PRO  
OBTINENDIS SVMMIS IN VTROQVE  
IVRE HONORIBVS

DIE XVI. APRILIS MDCCXCII.

H. L. Q. C.  
DEFENDET

AVCTOR  
GOTTLOB OTTO FRENZIVS  
DRESDENSIS,  
IVRIS VTRIVSQVE CAND. ET NOT. PVBL. CAESAR.



VITEBERGAE,  
LITTERIS ADAMI CHRISTIANI CHARISTI.

